



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

Bona temporalia ecclesiae unde.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

ex deo est et ueritate, uidet ecclesiam rosam in
ter tot spinas abusuum & haeresion, basin et fir
mamentum ueritatis.

Bona Temporalia Eccle
siae unde.

Rerum uero terrenarum, inquit Ficinus,
dominatio & administratio pontificibus
accessoria est tanquam accidens, non in
quantum uicarij dei, sed in quantum Constanti
ni caesaris sunt haeredes, haetenus ille. Donatio
nis Constantini mentionem facit D. Ambrosius,
hic, ut est de obitu Theodosij Imperatoris, pra
sente Honorio asserit Constantino Baptismatis
gratia in ultimis diebus contigisse. Et quod pri
mus Imperatorum crediderit, post se heredita
tem fidei principibus derelinquens. A Constans
tino autem usq; ad Theodosij tempus Imperato
res 5. fuerunt: a tempore uero Constantini usq;
ad id tepus quo Valla uixit ferè 70. interuene
runt, notioem ergo existimo historiam S. Am
brosij, quam Valla, &c. Quae Pipinus ablata
Longobardis superciliosis Ro. ecclesiae (pontif.
Stephan.) restituerit, demonstrat Pighius lib.
3. cap. 16. eccle. hier. Hec auxit Carolus ma
gnus adijciens Corsicam Insulam, & quicquid
inter Lucam & Parmam interiacet.

Donatio
Constanti
ni. Imp.

Y 4 Accessa

Accessit his Mechtildis comitissa ditio, quæ
moriens, ex testamento legauit S. Romana Eccle-
siae, quicquid à Pista amne, & S. Quirico agri
Senenn: usq; ad Ceperanum inter Apenninum et
mare interiacet.

De restitutione Alpium Cocciarum ecclesie
per Aribertum facta, uide P. diaco. lib. 6. cap.
10. Quam donationem Luitprandus S. Roma-
næ Ecclesie confirmauit.

Iam et Beneuentanus tandē ducatus accessit.

Et postremo utraq; Sicilia, Nortmannorum
fratrum, Tancredi filiorum uirtute uendicata
à Saracenis & Græculis, ultrò accesserunt ad
Ius S. Romana Ecclesie, sicut & hodie feudum
à Carolo V. recognoscitur. Hac tempestate pō-
tificiæ ditionis est Picenus ager, Umbria, (hodie
ducatus Spoletanus) Flaminia, Aemilia, Latio
um, cum multo maxima Tusciæ parte.

Picenus
ager hodie
uulgò
Marchia
Anconita-
na dicta.
Pauperes
alere ha-
bet eccle-
sia.

Hæc autem Hereditas à maioribus relicta,
in pios usus, & pauperum, (non gelasiorum
Quos græce γελωτοποιους, id est, fictos
moriones uocamus) & iuxta necessitatis men-
suram conuertenda: aliàs nullum adminicu-
lum præstant diuitiæ ad uitam æternam, in-
quit D. Ambrosi. offici. libr. 2. capit. 4.
et Idem. D. Ambrosius. Vasa sacra, ait
in res

in redemptionem captiuorum possident ecclesiam. Et Cyrillus nihil thesaurorum ecclesie reseruauit, sed pauperibus distribuit omnes: Paulinus cum omnia pauperibus erogasset, seipsum denique uendit, ut uiduae cuiusdam pauperulae filium captiuum, à barbaris hostibus redimeret, matrique suae baculum senectutis redderet. Sed quibus dandum sit audi D. Hieronymum cum seruatore docentem & dicentem. Vade, uende omnia tua, & da pauperibus, pauper non utique, qui mendicitate & squalore coopertus est, & tamen non recedit à uitijs, sed qui bonus est: uerum ad propositum. Tales, inquam, extitere Gregorius, Iudocus, S. Sixtus, &c. Et omnis sanctorum pontificum albus: Nota super hac re praecepta Christi & Apostolorum, noti sacri canones. Fatentur canones, bona ecclesie Dei praedia & allodia, quod patrimonium uocant Petri, esse bona pauperum: Cicero in officijs dicit, duplicis criminis teneri eum, qui aerario publico, aliquid subtraxerit, grauius ergo peccat, qui bona ea quae pauperum reuera sunt, miseris & egenis subducit. Iudas Scarioth pauperes elemosyna defraudauit. Helluo purpuratus ille, cuncticulam egregie, neglecto Lazaro, curauit: at uterque Christi misericordia priuatus. Nec enim

Patrimo-
nium Petri.

Nota.
Bernhar.
de uerbis
domini de
clamatio.

ordinauit Deus, inquit D. Bernhardus, his qui
Euangelio seruiunt, de Euangelio querere aut ha-
bere delicias, aut ornatum sed uiuere, ait Pau-
lus 1. Corin. 9. ex eo: ut uidelicet sint contenti
alimento corporis, non irritamenta gula, aut in-
centiua libidinis & quibus tegantur, non quibus
ornentur, accipere. Diuitie autem si non magni
estimantur, nihil repugnant Christi doctrine aut
summe in eadem perfectioni. Summa: Concilium
ROMANVM sub Syluestro habitum, canone 4.
his uerbis concludit. Commoneo autem uobis omni-
bus mihi confortibus monimentum hoc, ut de red-
ditibus ecclesie quatuor partes fiant. Quarum
una, cedat pontifici ad sui sustentationem: &c.
Episcopus enim ob iura hospitalitatis temporaria
possidet, 1. Tim. 3. Sed hospitalitatem hic non
intellige comessationes & conuiuia, Christus enim
non gastrimargiam, uerum philoxeniã requirit.
2. ALTERA PRESBYTERIS & DIACONIS,
& OMNI CLERO, &c. equum est enim boui tri-
turanti pabulum prebeatur, ob necessitatem scilicet
rerum ingruentium, et incumbentiũ onerũ:
de decimis fructuum locis sacris prestandis uide
dec. concil. Matisconen. 2. canon. 5. &c. Nõ abs-
re autem seruator noster de decimis sanctiones
approbavit, uoluit enim, ut qui Euangelion annũ-
tiant,

Facultates
ecclesie ut
distribue-
da.

1.

2.

1. Cori. 6.

fiarent, ex euangelio uiuerent: sed ut Christus decimas non repudiavit, (specialiter enim usibus sacerdotum deputavit, Malach. 3.) sic nec ex decimis opes priuatim cōgeri uoluit, auaritia enim, ait Apostolus, idolorū seruitus est: De decimis dādis, extat decretum Rothomagen. concilij. Item decretum Moguntini concilij. Definitio Lateranen. concilij uniuersal. sub Innocentio, &c.

Qualiter distribuētes de oblationes fideiū uide dec. cōcil. Brasaren. can. 39.

TERTIA, Templorum & ecclesiarum reparationi.

QUARTA, Pauperibus, infirmis & peregrinis, &c.

Valeant igitur tam impudentes Momi, Nyctiacoraces lucifuge, infelices uerpi, Veneris sandalium calumniantes: ualeant inquam scripturarū deprauatores & raptores, qui S. Ro. ecclesiam, MATREM, dente plūs quā theonino, rodūt, exhibilant, tollere non possunt: seditiose clamitantes, sacrificos omnes quotquot sunt in uinea zebaoth, (quos uulgò presbyteros uocamus) cum pabulo, radicitus extirpandos esse, &c.

MVNVS Pastorale & didascalie.

Qui ergo uult ingredi uitam eternam, sit in primis phileremus, philoponus, Hydro pota:

Euangelicus quis.

pota: